DE INDE, eadem humani affectus labilitate, dicit in Apo-  
stolo petro principaliter collocatum munus docendi, trahens ad  
singularem petrum, quod propheta plurali & indiscerto numero  
dixit, Sonus eorum & verba eorum.

SED & hoc manifeste falsum est, quod petrus, caput sit totius  
corporis, a quo dona sua Christus in omne corpus diffundat, nisi  
intelligat partem ecclesiæ, quæ docente petro erudita est, vt est la-  
tina & occidentalis ecclesia. Nam etiam per alios Apostolos, pre-  
sertim paulum, dona sua diffudit in multo plures, quā per petrum.  
vt mihi miraculum sit, tam profunde huius pontificis mentem fu-  
isse occupatam, vt hæc scribens, non meminisse potuerit pauli &  
aliorum Apostolorum. Si ego dixisset, per quem dona sua in cor-  
pus diffunderet, recte dixisset sed in omne corpus, nimis dictū est.

SE QUIT VR idem Leo, Hunc (petru) enim in consortiū  
individuæ vniuersitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari  
ridicendo, Tu es petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesia-  
mam, vt æterni templi ædificatio mirabiliter munere gratia dei, in  
petri soliditate consistenter.

ITERVM per soliditatem petri, non fidem vniuersalitatis ecclie-  
siae, sed potestatē Rho, ecclesiæ significat. & verbū Christi, sub per-  
sona propria petri, nō autē ecclie, accipit dictū, vt clare ex sequen-  
tibus patet, vbi dicit. Verū, hanc firmitatē petri istius sanctissimā,  
deo (vt diximus) ædificante cōstructā, nimis vult impia pressū-  
tionē violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo  
suis cupiditatibus, & id quod accepit a veteribus non sequendo.

ECCE, seipsum exponit, soliditatē petri, esse potestatem rho,  
ecclesiæ; idem per secretissimā fidem spiritus, & externā iurisditionis  
potestatē intelligens, non sine verbi euangelici iniuria.

NON ergo infringit soliditatem petri, qui sub legibus rho, ec-  
clesiae non vivit, sed, qui non id credit, quod petrus confessus est.  
hmōidecreta PROTESTOR aut̄ ego, qđ decreta quidē huiusmodi nō dā-  
nō damnare no. Nihil enī meā saluti deperit, si tolero alicuius violentā scriptus  
rē interpretationē, modo vera & legitima intelligentia iuxta sal-

ua sit. S  
da intel-  
nes scrip-  
tū ope-  
rem & g  
ne ecclie  
cum illis  
solos est  
& multi  
copi. N  
ces, hum  
apostoli  
semel in  
Christu  
pontific  
dī, idē  
bus resi  
humili-  
tura sen  
alium se  
cio legē  
sti senti

SI E  
no prae-  
sia, ab in-  
quā sub  
Leonis:  
SBC  
ob caus  
quia, qu  
nos Ca  
cus, sive  
cam, ne  
ficaciter

VER  
na statu  
uatis, ne  
sub te su  
tradicio  
nō he  
tur, qui  
nones. I

TEB  
ab aliqu  
Qui M  
gradus  
tis ex: in



## RES OLVTIO.

## FO. IX.

Laudabile  
studii Mar,  
Lutheri.

ua sit. Sed hoc admittor, ut rem & fidem nostram constanti & solida intelligentia discamus firmare. Quamuis enim eiusmodi abusiones scripturarum valeant pro iis, qui iam credunt, & tolerande sint: tamen oportet etiam, si cum contenciosis oriatur bellum, habere simplicem & germanum sensum Christi, qui stare in acie victor possit, ne ecclesiam & omnes nos ludibrio exponamus. NEQUE enim Dissentit ab cum illis sentio, qui rho. pontifices non errasse putat, & apud eos iis, qui solis solos esse veram scripturam intelligentiam, cum longe contraria hic rho. p. veram & multis alijs locis videatur homines fuerint, sicut & ceteri Episcopi scripturam intelligentiam. NEQUE sane grande miraculum est, sanctos hos pontifices, humana infirmitate sibi ambiuisse primatum, quando & ipsi apostoli presente Christo, non solum ambiuerunt, sed etiam non semel inter se contendenterunt, quis eorum videretur maior. Sicut ergo Christus benigne tulit eorum humanitatem, ita & ecclesia talium pontificum ambitionis reliquias ferendas dicit, & decreta eiusmodi id, ideo non penitus rejecit. ILLIS porro & manibus & pedibus resistendum est. Qui non contenti, quod huiusmodi decreta humiliiter ferimus, sed eo insaniunt, ut tanquam non sit aliud in scriptura sensus, ea pro necessariis articulis fidei nobis sancire, & omnem resistere, ne alium sensum haereticum proclamare audent, omnia sine ullo iudiicio legentes. qua temeritate necessario tandem fit, ut legitimum Christi sensum amittamus, & in humanum arbitrium & arenam adiscemur.

SI ENIM verum esset, quod hic Leo iste dicit, & tanquam diuinum praecepto eius verbis obediendum esset, iam tota orientalis ecclesia, ab initio sui usque ad finem, fuisse exorsa diuini mysterij, quia nunquam sub rho. ecclesiæ potestate fuit. Tolerandus itaque error huius Leonis: non autem propter eum alias &erior sensus relinquendus SECUNDVS est Leo. iii. dis. xx. c. de libellis dicens. Quam ob causam, luculentius & magna voce pronunciare non timeo. quisa, qui illa ( quæ diximus ) sanctorum patrum statuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur, siue sit Episcopus, siue clericus, siue laicus, non indifferenter recipere conuincitur, nec catholice Verba Leonis, nec apostolicam fidem, nec quatuor euangelia utiliter & exacte nescit. facit ad effectum suum retinere, vel credere probatur.

VERE, nimis nihil times, mihi Leo, primitiare, audens humas. Nimis audaciam statuta euangelijs æquare & audacter satis affirmas, iis non serviter Leo prouatis, nec fidem catholicam seruari. Si de contemptoribus, & iis, quæ nunciat, sub te sunt dices, recte dices. nunc contra, quoniam mores & fidem, Leo, homo traditiones cum euangelio, verbū hominis cum uerbo dei confundis, nonne homo es? Quis ferat, ut euangelium & fidem non seruare putetur, qui sub statutis illis non fuerit? Tu cum tuis serua statuta & casuones. Illis, qui sunt in oriente, alia sunt statuta, sed id est euangelium.

TERTIVS, dis. xxi. c. Clero, quod capituli ego nunc credam esse ab aliquo rho. pontifice constitutum, sed video Isidori cōmētū esse. Isidorus. Qui Metropolitā mensurā ciuitatis, et Acolytū ceroferariū, aliosque gradus egregia insectitia describit, & inuenit tamen autoritatem. Pōtitex; inquit: princeps sacerdotū, est vel esse dicitur, quasi via sequens

Insanētibus  
totis iuribus  
resistere, ne  
cessarium.

Leo hic non  
audiendus.  
Tolerandus  
Leonis error  
sed non sequens  
dus.

IONIS.  
a sua velut in  
et diuini my  
ne virtū, huma  
idem, qua pes  
angelice dicit.  
A qua, qui  
M, si per solis  
etri, & Rho,  
abutit et fallit  
etri, & tamen  
hanus & alij,  
nt, antequam  
dicit in Apo  
li, trahens ad  
creto numero

aput sit totius  
diffundat, nisi  
a est, vt est la  
postolos, pra  
a per petrum.  
s mentem fu  
uerit pauli &  
a sua in cor  
mū dicit est  
in confortū  
luit nominas  
icabo ecclesia  
gratia dei, in  
uersalis eccl  
christi, sub per  
re ex sequen  
sanctissimā,  
impia presump  
gere, fauendo  
in sequendo.  
estatem rho,  
nā iurisdictio  
uria.  
ibus rho, ec  
confessus est,  
smodinā dā  
entā scriptur  
tia iuxta salz

Quo hęc  
orer quo vul  
gus

DECIMAE TERTIAE CONCLVSIONIS.

tiū. Ipse enī summ⁹ sacerdos, ipse pōtifex maximus nuncupatur.  
Ipse enī efficit sacerdotes & leuitas, ipse oēs ordines ecclesiasticos  
disponit, ipse qđ vnuſquisq; facere debet. antea autē pōtifices et re  
ges erant. Nā, maiorū hęc consuetudo fuit, vt rex esset sacerdos et  
pontifex, vnde & pōtifices rhomanii imperatores appellabantur.

HVN C diuinatorē contemptum prāteriſſem cum erroribus  
suis, nīſi viderē hinc sumi hodie a nonnullis, quod papā ioperatorē  
maximumq; pontificem, iactant. Ideo, non inter canones, sed in  
ter canes hunc deputo. & ne id sine iudicio faciam, opponam ei  
contraria decreta, quę simul sententiam nostram iuuabunt.

Opponit et  
contraria des  
creta.

DICITVR enim dis. xclx. c. prime, prime sedis Episcopus, nō  
appelletur princeps sacerdotum, vel summ⁹ sacerdos, aut aliquid  
huiusmodi, sed tm̄ primae sedis Episcopus. Et sequit. Vnuerfalis  
autem, nec etiam rhomanus pōtifex appelletur.

Nota s. canos  
nes plus pec  
care in rho.  
pō. qđ Luthe  
r⁹ vñq; ausus  
sit cogitare.  
Vide quæſo.  
qđ inc̄ sint q  
dā in Luthe.  
Ruffini,

HIC ego in iudiciū voço ipsos canones & canonistas, doceant  
me queſo, quid hic dicā. Iſte canon probatus est, ſed vide quanto  
maiora criminia cōmittat in ſummi pōtificē, quā ego vñq; auſus  
effem cogitare. PRIMO, nō ſolū frigidos aſſerit, ſed & negat  
& prohibet, ac dānat eos canones & canonistas, qui rho, pōtificē  
principem, caput, ſummi, maximū appellant. Deinde primatū ei  
auferens penitus, eū reliquias primarii ſediū Episcopis, id est, paſ  
triarchis, æquat. Vbi ſunt ergo, qui me noua poſuiffe garrisſi, qđ ſi  
gidiſſima decreta dixi ſuperiora, & credo, non inique. Nam hic ca  
non Concilij Aphricani, eo plus illis prāferendus eſt, quo longi  
us ab ambitione recedit, & euangelicam modestiam ſapit.

Huc spectet  
Ruffinus, vt  
idoleat, ſapi;  
atq; dolēdo.

QVI ergo me hæreticum accuſant, obſcro, parcant ſaltē huic  
canoni, ſi mihi volunt parcer. Ego omnia admiſi, quæ tunc rho,  
pontifici hodie tribuuntur. rem nō nego, factō non contradico, ſed  
de iure eius diſputo & ſentio, quod nō iure diuino, ſed decretis ho  
minum, talia tribuantur. Quid amplius faciendum mihi eſt? An  
non ſolum debo factum conſiteri, ſed etiam mendacijs & corrup  
tionibus ſcripturæ idem ſtabilire ē. Abſit.

Ruffine, &  
huc ad Pelas  
timul illachri  
vt inuidreas,

IGITVR damnet, quantum volunt, hīc habeo canonem, qui  
damnat rho, pontificem, vniuersalem pontificē vocari, quod ego  
giūm respice, tamen nunquā damnaui. Sed addamus plura.

IBIDEM Pelagiū omnib⁹ Epis ſcribit in hīc modū. Null⁹  
triarcha vñſis dicit, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed  
abſit hoc a fidelibus, ſibi velle quempiam arrīpere, vnde honorem  
fratū ſuorū imminuere ex quantulacunq; parte videatur. Quas  
propter charitas vſtra, neminē vñquā, etiā in epistolis ſuis, vñſis  
uerſalē appelle, ne ſibi debitū ſubtrahat, cum alteri honorem ina  
ferti indebitum. Vides, quod honoris fraternali imminutio ſit, ſi vñq;  
omnibus preferatur, etiā rho, pontifice autore.

Prohibet, ne  
quiskā vñſis  
appellet pon  
tis,

IBIDEM b. Grego. Eulogio patriarchæ Alexandriō, Ecce in  
prefacione epitolæ, quā ad meipſum, qui phibui direxistiſ, ſuper  
be appellatiōnis verbū, vniuersalem papam me dicens, imprime

re curaſt  
ciat. qā v  
betur, Ne  
um perde  
meus ho  
ratus ſun  
enim vni  
ſe, quod i  
veritatē

Obſec  
decreta v  
mīnum e  
inflantia  
nerantia

Quid  
ſed etiam

His ad  
gbus ad  
rime idem  
cedonei

QVO  
per conſu  
non verb  
hominiū  
no ſtaret,  
liter hic P  
gelium de  
ut per ve  
frigidissim  
demus in

Quart  
to, poſt C  
ipſi primi  
te, Tu es

HAE  
ecclesiāla  
prianus e  
dotalis o  
inter ſequ  
ſede omni  
tis patet,  
ſicut aliqui

QVIN  
ſia cathol  
cacholica  
prälata e  
matum o



ONIS.

s nuncupatur.  
ecclesiasticos  
p̄tifices et re  
let sacerdos et  
pellabantur.  
um erroribus  
apā īperatorē  
nones, sed in  
, opponam ei  
abunt.

p̄scopus, nō  
s, aut aliquid  
t. Vniuersalis

istas, doceant  
l vide quanto  
o vñq; ausus  
sed & negat  
i rho, p̄tifice  
de primatū ei  
is, id est, pa  
gariūt, q̄ sit  
e. Nam hic ca  
t, quo longis  
sapit.  
aut saltē huius  
i cunctq; rho,  
contradico: sed  
d decretis ho  
mīhi est? An  
ijs & corrup

anonem, qui  
ri, quod ego  
nodū. Nullū  
ia, si vñq; pas  
ogatur. Sed  
de honorem  
eatur. Quas  
olis suis, vñq;  
honorem in  
tio sit, si vñq;  
drio. Ecce in  
existis, super  
ns, imprimi

## RESOLVTIO.

## FO. X.

re curastis. Quod peto mi, dulcissima sanctitas vestra, vltanō fa Hæc b. Greciat. q̄a vobis subtrahitur, quod alteri plusquā ratio exigit, prægorij verba, betur, Nechonorem esse deputo, in quo fratres meos, honorem su oēs Ruffini, um perdere cognosco. Meus nanq; est, honor vniuersalis ecclesie, nō penit⁹ ins meus honor est fratribus meorum solidus vigor. Tunc ego honor uidea cæci, vt ratus sum, cum singulis quibusq; honor debitus non negatur. Si obliquæ ad s enim vniuersalem papam vestra sanctitas me dicit, negat se hoc es spiciant. sc, quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc, recedant verba, que veritatem inflant, & charitatem vulnerant.

Obsecro, quid hic dicemus? An adhuc pecco, quod frigidissima decreta vocauit aliquorum rho, pontificum, forte confectorum nos minum? qui ista secutus, debueram appellare verba veritatem inflantia (id est, leuem & vanam facientia) & charitatem vul nerantia.

Quid si ego ista dixisse: esse videlicet non modo inefficacia, Quid si dix sed etiam inimica veritati, & contraria charitati?

His addit & senas ferme epistolas b. Gregorij in Regestis suis, his, Ruffin⁹ gbus ad imperatorem Cōstantinop. & patriarcham eiusdem, acer⁹ Heus Ruffin⁹ time idem prosequitur: protestans, oblat⁹ fuisse a Concilio Chals ne, Gregorio cedone⁹ rho. pontifici, hunc primatū, & tamen a nullo assumptū ausculta.

QVOD si dixerint Canonistæ nouelli, esse hæc abrogata, vel Vt quidā fas per consuetudinē desississe, Gratias ago, hoc volui. Sequit ergo, qđ ciunt Ruffini non verbis euangelicis, & iure diuino iste primatus stet. Sed iure parasitæ. Ruf hominum & vsu. hoc admitto, hoc confiteor. alioquin, si iure diuini sine, qđ nūc no starer, nunquam debuit non esse & fuisse. & peccasset morta Grego. & Pe liter hic Pelagius & Gregorius, sicut cassantes ius diuini, & euā la. tibi sūt hæ gelium depravantes. Quando ergo iura humana sic eum asserit, reticis ut per verbum euangelij conetur probare, nonne necesse est, vt frigidissime & inefficacissime & violentissime id faciant? sicut videmus in prædictis, & nunc ecce amplius videamus.

Quart⁹, Anacletus. xxi. c. in nouo. In nouo, inquit, testamēs Verba Anacleti, post Christum dominum, a Petro sacerdotalis cœpit ordo: q̄a cleti. ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, domino dicente, Tu es Petrus &c.

HAEC si intelligit, quod sacerdotalis ordo cœpit a Petro in ecclesiatalina, potest vñcung⁹ sustentari. quemadmodum et b. Cyprianus epistola tertia, Sedem Petri principalem, & vnde sacerdotalis ordo cœperit, appellat. aut sic cœpit, quod Petrus, prim⁹, inter æquales apostolos fuerit. Si autem intelligit, quod a rho. sede omnis ordo sacerdotalis, primo & solum veniat, ex dictis fas tis pater, quā sit erroneum. ne hoc tunc Anacleti ē decretum, sed ficti alicuius Anacleti palea.

QVINTVS, Pelagius, eadem dis. xxi. Sancta rhomana ecclesia. Verba Pelagia catholica & Apostolica (forre quod cæteras, nec sanctas, nec catholicas reputat) nullis synodis constitutis, cæteris ecclesijs ḡi, prælata est. Sed euangelica voce domini & salvatoris nostri pri matum obtinuit. Tu es (inquit) Petrus.

Anacleti pas

lea.

Verba Pelag

ḡi.



## DECIMAE TERTIAE CONCLVSIONIS.

Hic plus cœteris audet. Hic magis erumpit & audet. nō tñ cōtra prædicta dis. xcix. ad ducta decreta. Sed etiā quod verbum Christi ad Petruū oīo torquet de fide, ad potestatē iurisdictionis & pompā primatus. deinde solā Petri personam in verbis Christi accipit, reiecta persona ecclesiæ, quā vere Petrus tunc geslit. Ergo noua grāmatica. Tu es Petrus, significat, tu es primus. et, tibi dabo claves, id ē, soli rho manæ ecclesiæ, ceteris ecclesijs nihil habentibus. sed piget me oīa cōmemorare. In summa ( vt dixi ) si his ybis Christ9rho, eccliam ita iterptari, significauit, cū rho. ecclia vix viceſimo anno ecclia primitia nō fuere ecclesia: & deinceps om̄ id est, prim9. ta sit, sequit, quod ipsa primitia nō fuerit ecclesia.

Noua grāmatica docemur sacras literas ita iterptari, significauit, cū rho. ecclia vix viceſimo anno ecclia primitia nō fuere ecclesia: & deinceps om̄ id est, prim9. Tu es petr9. ta sit, sequit, quod ipsa primitia nō fuerit ecclesia: & deinceps om̄ id est, prim9. nes, quæ claves ex rho. ecclia nō accepert, Christo inobedientes fuerint Et ita S. Stephanus, cū tot missibus martyrum orientalis eccliea damnati censebuntur. Vt omittā, quod si per verbū Christi potestas rho. ecclia intelligeretur, vt hīc vult, & Christus super

Tibi dabo claves, id est, suā potestatē, nec super nihil. Ecclesia intelligeretur, vt hīc vult, & Christus super

Sup quā pestrā. Et ita S. Stephanus, cū tot missibus martyrum orientalis eccliea damnati censebuntur. Vt omittā, quod si per verbū Christi potestas rho. ecclia intelligeretur, vt hīc vult, & Christus super hanc petram, eccliam suam se ædificare promittat, sequit, quod vniuersalis ecclia non super fidem, sed super potestatem rho. ecclia ædificata est: super quā tunc ipsa rho. ædificata est: non super petrā id est, suā potestatē, nec super fidem, ergo super nihil. Quis ferat hāc? Vides ergo, quā possum inuehi in istos hominū sensus, si vellem libere agere. nunc autem sufficit mihi ostendere, quod his decretis contra hostes, & in contentione nihil effici pot. sunt enī languidissima, frigidissima, & penitus ineptissima, ad contentionem. Sat est, quod tolerantur pro fraterna charitate, non etiam adorentur pro solida & germana veritate.

Toleranda sunt frigidissima ma qdā de creta, nō adoranda. SED ne hoc ferendum est, quod infert. In ijs omnib9 quanto gradus celſor, tanto maior autoritas inuenitur. In majoribus suis quidem est regendi ūbendic9 potestas. In minoribus obsequens di necessitas.

VIDE. vt necessitatē omnibus imponit, & sibi soli ( cōtra chartatis officium ) libertatem arrogat, sed pessima consequentia. Nō enī mox maior autoritas est, vbi gradus celſor est. Petr9 enim primus apostolorum fuit, sed nullā in eos autoritatē habuit vñq;. immo cōtra, Ap̄l in Petruū habuerūt autoritatem, vt Act. viij. scribūt, quod ap̄l miserūt Petruū & Iohannem, qui tunc primores erant inter ap̄los, & tñ missi sunt ap̄lis, tanq; maioribus, ad Samaria fideles. Labit ergo Pelagi9 hoc loco satiſ aperte, quanq; ego credo, hos & similes Canones, nihil præter nomē de rho. potiſ habere. Esse aut̄ cōpositos ab eorū officialib9 & scribis, in theologia partū doctis. Ideo nihil euangelicū, nihil ecclesiasticū spirat: sed humānū affectum, carnem & sanguinem.

SEX TVS, Nicolaus papa eadē dist: c. inferior, volens robustissime probare, quod inferior nō pot superiorē absoluere ( intellegit aut̄ Constantinopolitanā eccliam inferiorē. Nam hāc multorum Canonū causa fuit pro isto primatu ) inducit illud Isaie. xiiij. Nunq; gloriab̄is securis cōtra eū, qui fecit in ea, aut exaltabitur terra contra eū, qui trahit eā. His: inquit: ex diuina scriptura cōmemorat, sole clarū exhibuit, nō posse quēq; qui minoris au-

Papa Nicolas.

Iaus.

toritatis  
Quis no  
tractat a  
tres, non  
sole clarū

Vt om̄  
superiori  
or & infi  
tus amb

DEIN  
ecclesiastī  
iudicē, de  
clesis iudicē  
Rh om̄  
qui Hier  
dīdicita a  
sanctos in  
tibus, que  
Apostolu  
nat omnī  
et verum  
st̄ieriorē  
in locis ha  
scipulū diffi  
lute, stup  
fuisse Ch  
iudeorum  
dæs. Mod  
omnium e

SEPT  
tu nescio q  
& dico, qu  
ramētis cu  
ecclia C

Omnes  
metropole  
cuiuscunq;  
spē folus f  
Qui beatu  
imperij iu

ROG  
na ecclia,  
que potes  
tum credas

PRIM  
garrit hic in  
tem ( sequi

Stadtarchiv  
Dessau-Roßlau



IONIS.

cta dis. xcix. ad  
Petrū oīo tor  
rimatus. deīn  
refecta persona  
grāmatica. Tu  
es, id ē, soli rho  
ed piget me oīa  
st̄rho, eccliam  
æ primitia nā  
& deinceps om  
to inobedientes  
ū orientalis ec  
verbū Christi  
Christus super  
sequit, quod  
statem rho. ec  
ta est' non su  
super nihilū.  
in iftos hominū  
nihil ostendere,  
nihil effici pōt.  
tissima, ad cō  
aritate, non eti

ansib⁹ quanto  
maioribus sis  
us obsequens  
oli ( cōtra cha  
nseuentia.  
est. Petr⁹ enī  
habuit vñq.  
vt Act. viii.  
unc primores  
ribus, ad Sas  
perte, quanq  
ē de rho. pōt  
& scribis, in  
il ecclesiasticū  
em.  
volens robū  
oluere ( intel  
m hæc mullo  
ud Ifaie. xiiiij.  
ut exaltabitur  
scriptura cō  
i minoris aut

## RESOLVTIO.

## FO. XI.

toritatis est, eum qui maioris potestatis est, iudicijs suis adjicere. Hic ex papa  
Quis non miretur s' adeo iste autor sub nomine papæ, scripturas facit deū, cas  
tractat apposite, deum facit ex papa, cæteros episcopos, non fratres ep̄os,  
tres, non homines sicutem, sed instrumenta facit. Hoc est nim̄rum, nec fratres  
sole clarius exhibere, id est, tenebras offundere. nec hoīes, sed

Vt omittam, quod hoc syllogismo probat, non posse inferiorem instrumenta.  
superioris esse iudicem, qui probandum suscepit, quis esset superis  
or & inferior, tam apte & acute disputari dignus fuit iste primas  
tus ambitionis foedissimæ.

DEINDE, in fine Rhomanā ecclesiam matrem vocat omnī Cuius filię  
ecclesiarū. In quo mīrū est, cuius filię & disciplinę fuerunt ecclesię & discipulę  
iudææ, de quibus Paulus ad Galatas dicit. Eram ignotus facie et fuerunt eccl  
elesias iudææ: Et quæ ecclesia fuerit, quā Paul⁹ valbat. Siquidē siæ iudææ, q  
Rh om̄na ecclesia tunc erat adhuc in lumbis patris sui Petri, longo tēpore  
qui Hierosolymis erat. Quid quæso Hierosolymitana ecclesia anterho, oīm  
dīdicit a Rhomana? Cur mēt̄ Paulus Rho. xv. dicens, pauperes matrē fuerūt  
sanctos in iudæa, iuste accipere collectam a Rhomaniis & alijs gē  
tibus, quod spiritualiū illorum participes facti essent, quo verbo  
Apostolus Hierosolymitanā ecclesiā, matrē, matricē, radicem sig  
nat omnium plane ecclesiarū totius orbis, etiam Rhomang, quod  
et verum est. Quis enim negare potest, ecclesiam gentium, po  
steriore esse ecclesia iudeorum, & ex hac illam natam? cum tot Ecclesia gens  
in locis hoc de gentibus prophetæ prædixerint, cum in actibus di  
scipuli dispersi solis iudæis prædicasse verbum, & de gentium fas or ecclesia ius  
lute, stupuisse legantur. Et Paulus rho. xv. Iudæorum ministrum  
fuisse Christum, & gentes misericordiam consecutas, ad ruinam  
iudeorum doceat. Sed & Christus Ioan. iiiij. Salus inquit ex ius  
deis. Modeste itaq; dixisset, Matrem ecclesiarum, matrem vero  
omnium ecclesiarum, hyperbole est nimia.

SEPTIMVS, Nicolaus iterum dis. xxij. c. omnes, de quo tex  
tu nescio quid dicam. Nam prope corrigo meam propositionem, Prope curia  
& dico, quo rho, ecclesiam alijs esse superiorē probatur, exdelyz git in propos  
ramētis cuiusdā ineptissime paleæ, nomine Rhomanorū pontificū litione, frig  
ecclesia Christi illudentis. Audi, quæso per Christū, qui hic dicat. dissimilis de  
cūlātū

Omnes ( inquit ) siue patriarcharum, siue cuiuslibet apicē, siue cretis, per de  
metropoles, primatus aut episcopatuū cathedras, vel ecclesiarū lyramenta cu  
cuiuscunq; ordinis dignitatē instituit Rho, ecclesia; Illam vero  
ipse solus fundavit, & supra fidei petram mox nascentis erexit. fūsdam inep  
tissimæ paleæ

Qui beato Petro æternæ vitæ clauigero, terrenisimul & celestis

imperij iura commisit.

ROGO te lector, de Rhomanis pontificibus, & ipsa Rhomas  
na ecclesia, tot milibus martyrum in celo & terra fulgent, alia  
qua potes, sentias: modo propitijs tibi sit Christus, ne hoc decre  
tum credas, editum ab vulo Rho. pontifice, saltem sciente.

PRIMVM, verbo Christi solam Rhomanā ecclesiā fundatā  
garrit hīc impius, quisquis est, Rho, nomis ementitor. Ceteras au  
tem ( sequit ) nō Christ⁹, sed rho, ecclesia fundavit, quia rho, eccles

Appellat lee  
torem.

C

## DECIMA ET TERTIAE CONCLVSIONIS.

**Supea quam  
petram ques-  
to alias eccl-  
eas crexit?**

Iam supra fidei petrā erexit, supra quā petrā queso alias ecclesias erexit? An supra harenā? Nō credit idē rho, ecclesia, et alia ecclēsiae? Nō sunt ipsae etiā ecclēsiae? Si sunt ecclēsiae Christi, cur tu impīsimo ore resistis Christo dicenti, Super hanc petrā ædificabo ecclēsiā meā? Quid significat ecclēsia meā? Non est nīl yna rho, ecclēsia sua ecclēsiae? Si aut̄ quælibet alia, etiā ecclēsiae christi est, & christ⁹ af- firmat eā ædificandā supra petrā fidei, impīo iā errore dicitur ad so- lā ecclēsiam rho, pertinet, & nō ad alias omnes.

**Rectius talia  
decreta impī-  
issima q̄s fr̄  
gidissima dix-  
cris.**

Tenunc appello, lector, vt iudices, an hæc decreta modeste, an immodeste, frigidissima dixerim, que verius impīssima dicere de buissem. Nō quod rho, pontificū sint, sed quod nomine eorū vul- gēt, & per ipsa iā multis annis adulent summis pōtificib⁹, has ins- fanias nihil curantibus, quin & suauiter audientibus. Iḡt euange- liū, hoc interpretē, sic intelligimus & locupletabim⁹. Ego supra fidei petrā ædificabo ecclēsiam meā rho manā. Rhomana aut̄ ædifica- bit supra suā sententia ecclēsias suas, nō meas, quia meā, supra fidei petrā ædificabo. Ecce nunc eant adulatores, & statuant nobis scripture sanctæ interpretationē, ad rho, pontificis scribas peri- nere. Deinde vide, quid sit in curia rhomana, iuristas dominari: et sine theologis ac sacris literis, de sola potestate, et spūssancti pñtia presumere, hoc est, per solā potentia scripturas tractarē. Cæterū, iuxta Augustini regulā: Et rho: Et oīs pontifex subiacet cuiuslibet fidelis etiā iudicio, maxime in materia fidei.

**Resonnum  
lachrymis  
digna.**

I AM illud, quā euangelice dictum est, quod cœlestis imperij & terreni iura Petro cōmisit. obsecro, nō est hæc res oībus lachrymis digna, quod hæc non modo legerē, sed etiā credere pro ora culis spiritu sancti vrgemur. & ita vrgemur, vt ignem minen- tur, si contra quid mutiamus? Atq̄ ita fit, vt hæc maiore timore & religione amplectamur, quā vllum aliud, vel fidei, vel morum præceptum diuinum, vbi ignem nemo minatur. quin glorifican- tur, & adhuc bonum statum ecclēsiae somniamus. nec Antichristū in medio templi agnoscamus. Igitur, vox ista blasphemia est im- piissima, quod ad Petrus iura cœlestis imperij teneat, cum solum mi- nisterium verbi teneat in terra, christus solus sit dominus cœli & terra. Deinde, imperium terrenum, & christus docuit, & Petrus contemnere. hic non solum non habere, sed etiā iura eius in ma- nu Petri constituit. Hinc securum est malum, quod adulatores, rho, pontificem, in utroq̄ regno dominum constituunt. quod nec christo quidem datum est, qui suum regnum negare hoc mundo esse. Mirum autem, quod Petrus Neronem principem pasus est, non modo in Rho, sed etiā in sua cruce, qui potuit ei iura terre- ni imperij æuferre, aut certe friuolum & impium est, successorem Petri hoc presumere, quod in petro non fuisse cernitur.

**Error Syl-  
vestrorum et  
Ruffinorum.**

Pereant ista arrogantisſi-  
ma verba.  
Pereant ergo arrogantisſima vocabula ista, imperij, iura im-  
perij, cœlestis & terreni imperij. Soli deo hæc conueniunt. ministro  
ecclēsiae & sacerdoti, christi seruo, modestiora tribuantur.

SEQVITVR EADEM PALEA.

NON  
constru-  
sunt ele-  
VIDE  
tur, &  
turas, &  
& sic on-  
clesis in-  
nia con-

Et se-  
poma-  
pietate  
inscrita

QV  
dus loq-  
peruersi-  
torquea  
supra po-  
nam, ho-

PO

hanc se-  
suam se-

Et vi-  
renā au-  
ante qu-  
nameco-

Vetu-

ecclēsiae

RHC  
tuta, er-  
riores fi-  
perior f-

Vbi

ordinē

sola cor-

nus, nil

on, cui r

AD

datur s-

bo diui-

mata e-

Ecclesi-

nulla su-

quā qu-

rum in

IONIS.

o alias ecclesiæ  
sia, et aliæ ecclæ  
siæ, cur tu impij  
edificabo ecclæ  
vna rho, ecclæ  
t, & christi a  
re dicitur ad so

ta modeste, an  
similis dicere de  
mine eorū vul  
nificib, has ins  
us. igit euange  
us. Ego supra  
na aut ædifica  
mēa, supra fi  
tuant nobis  
scribas perti  
s dominari; et  
fus sancti pñia  
rare. Cæterū,  
acet cuiuslibet

elestis imperij  
oibus lachry  
edere pro ora  
ignem minens  
maiore timore  
zi, vel morum  
in glorifican  
c Antichristū  
phemia est fin  
cum solum mi  
minus cali &  
uit, & Petrus  
ra eius in mas  
adulatores,  
int. quod nec  
x hoc mundo  
in passus est,  
ei iura terres  
t, successorem  
cur.  
i, iura impes  
unt. ministro  
antur.

## RESOLVTIO.

FO. XII.

NON ergo quælibet terrena sententia, sed illud verbum, quo Verba paleæ  
construnctum est cœlum & terra, per quod denicè omnia condita  
sunt elementa, rhomanam fundavit ecclesiam.

VIDE MONSTRA, aut hæc de sola ecclesia rhomana dicens Vide mōstra  
tur, & sequitur, omnes alias ecclesiæ esse terrena sententia statu  
turas, & sine verbo dei, sine quo nihil factum est: quod factum est.  
& sic omnes aliæ ecclesiæ sunt nihil. Aut simul etiam de alijs ec  
clesijs intelligendum est, esse scilicet eas per verbū dei: quod oms  
nia condidit: staturas.

Et sequit hīc: nihil singulare de rhomanæ ecclesia dici, nisi inanē  
pompam syllabarum. Et ita decretistam hunc: aut intolerabili im  
pietate: negare cæteras ecclesiæ vna cū christo: aut seipsum sua  
inscritia manifestissime irridere

QVOD si de constitutione ecclesiæ: iuxta dignitatis gras  
dus loquitur: non iuxta substantiam: patet ex prædictis: quam  
peruerse, hoc verbum christi, de fide totius ecclesiæ vniuersalis,  
torqueat, ad potestatem vnius hominis. Christus suam ecclesiam  
supra petram ædificare se dicit, hic vero non, sed dumtaxat rhoma  
nam. hoc est, cæteras ecclesiæ nihil facere, & christum negare.

PORRŌ, si cæteræ ecclesiæ sunt terrena sententia statutæ, &  
hanc sententiam rhomanæ ecclesiæ esse dixit, suo ore sese damnat,  
suam sententiam esse terrenam, non diuinam, dicens.

Et ubi manet, quod vocem Petri, tanquam diuinam, & nō ter  
renā audire oportet; porro, q̄s cōstituit ecclesia Hierosolymitanæ,  
ante quam ecclesia rhomana eēt? An nō petrus, verbo dei rhomana  
ecclesiæ constituit?

Verum si de dignitatis cōstitutione loquitur, non de substantia  
ecclesiæ.

## TVNC ARGVO SIC.

RHOMANA ecclesia est diuino verbo alijs superior constituta,  
ergo necesse erit, vt eodem verbo cæteræ ecclesiæ sint ei infes  
tiores statutæ. quia, non potest statui superior, nisi sint quibus su  
perior statui possit.

Vbi ergo est, quod supra dixit, Inferiores cæterarum ecclesiæ  
ordinis a rhomanæ ecclesia instituit, non verbo diuino, quo vult  
sola constituí ipsa? Nam, quomodo christus potuit statui domis  
nisi simul gentes & termini terræ subiacerentur, & mons Zis  
on, cui rex præficeretur?

ADDE HIS, si quis dicat, si rhomanæ ecclesia diuino ybo sun  
datu super omnes, oportet ergo, & eas certes nominari, quæ ver  
bo diuino subiçiantur. Age, esto ergo hæc sententia, diuina, rhom  
ana ecclesia est alijs superior, dic vbi scriptū sit eius correlatiū,  
Ecclesia Mediolanen. est ea inferior, aut villa alia? Si nulla noiat,  
nulla subesse debet, præcepto salte diuino. Quid hic melius dicit p̄t,  
quā quod vbi christi, nec de superioritate, nec inferioritate ecclia  
sua intelligi possit. Sed de sola, eadē, inuictacē fide & potestate

Sine verbo  
dei, nihil fa  
cum est quod  
factum est.

Verba Chri  
sti torquet  
ad vniq̄ hoī  
potestatem.

Suore se  
damnat.

Petrus ver  
bo dei ecclæ  
am cōstituit.

Forte argu  
mentū & ne  
cessarium.

Aliud argu  
mentum.

## DECIMA E TERTIAE CONCLVSIONIS.

Omniū ecclesiarum æqualiter. Vides ne, quid sit sacras literas  
pro humano affectu, & sine timore dei tractare?

### SEQVITVR.

Priuslegium Illius certe priuslegio fungit, cui⁹ autoritate fulcitur. Vide q̄  
rho, ecclesiæ, corollaria inferat. ybū Christi, de fide ad potestat⁹ significationē  
āt oīb⁹ eccl̄ detortū, priuilegiū sit rho, ecclesia in verbo, qđ cōmuniter oībus  
sīs iure diūo eccl̄sīs cōuenit. quia Christus dicit, Super hanc petrā ædificabo  
est cōc, aut eccl̄sī meā. meā, inquit, meā. Si eccl̄sī alia quālibet est eccl̄sī  
rho, eccl̄sī Christi, ipsa certe ædificata est super eandem petrā, & nullū est v̄l  
nō habet pri li priuilegiū. Si non est eccl̄sī Christi, & sola Rhoma, est eccl̄sī  
uilegium, qñ sīa, priuilegiū non stat, quia nulla est eccl̄sī, cui Rhomana supē  
oēs ūper ean rior esse possit. Iterum dico, pronomē mea m, aut significat solam  
dē petrā ædificatā rhomānā eccl̄sīam, aut omnē eccl̄sīam. Si solā, nō habet priuilegiū  
sītā p̄x ceteris. Si omnē, iterū non habet priuilegiū p̄x ceteris.

Quidā hac Eligat ergo quod vult, per hoc verbū Christi, rhomāna eccl̄sī,  
misera & ins aut erit sola, aut non erit prima. Alia ergo vīa probandus iste  
ani palea, pri p̄mat⁹, qđ illusione hāc sui, euāgeliū Ch̄ri (vt vides) quā pulchre  
uilegiū rho, eludit, & (vt prouerbii Salomonis haber) illudit illusores suos,  
eccl̄sī venti⁹. Et sunt tamē tam multi, qui ex hac misera palea, priuilegium  
lant, qđlibet rho, eccl̄sī, passim pro articulo fidei, vel omniū primo & maxi  
mo faciēnt, patientiores, si Christum neges, quā si hoc priuilegiū  
negari pati⁹, um, verba Christi perueriens, non adores.

### SEQVITVR ITERVM COROLLA RIVM, TALI THE MATE DIGNVM.

Peccat cer te, q̄ conaſ et non perficit. VNDE non est dubium, quia quisquis cuiuslibet eccl̄sī ius fus  
um detrahit, iniusticiā fact. Qui aut̄ rho, eccl̄sī priuilegiū ab ip  
so summo omniū eccl̄sīarū capite, traditū (vide hiātū istū Sten  
toreum) auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur.

Per petram fidei intelli git munda, dñationē. ECCLESIA rho, non habet ius, sed priuilegiū. Quod⁹ quod  
est supra petra fidei ædificata, hoc enim solius rho, eccl̄sī est, iſſo  
autore. Deinde, petrā fidei, intelligit prælationem hāc primat⁹ ter  
reni. Nam, hāc duo perpetuo misceſ & confundit, hāc palea.

OBSECRO, quanta patientia est, ista tolerare & prīmū sicut  
dixi. Si petra fidei signat, eadē est omniū eccl̄sīarū, nullo reliquo  
priuilegio. Si autem non omniū est eadem, sola erit eccl̄sīa Rho.

Executit pa leam. non habens cui præferetur. Secundo, si petra fidei, dignitatem

Spiritu ad carnem, Christi adulterat, fidei significationem in potestatis significationē sub  
stū ad mūdū uertes, & spiritum in carnem, Christum ad mundum trahens.

NON ergo est hæreticus, qui negat hoc priuilegium rho, eccl̄sī,  
sīa, sed ille depravator est verbi dei, qui per fidei petram intelli git. priuilegium potentiae temporalis.

QVOD aut̄ in fine Ambroſium adducit, qui se matrem eccl̄sīarū asserit sequi Rhomanam, vtinam & ipse idem facere cum

Ambroſi  
rum. Na  
patrum f  
sti has co  
intelligit

OCT  
terpreturn  
sacrosan  
Notariu  
temerita

SACR  
sacrosan  
pr̄fusq; e  
et saluato

SI AL  
do christi  
Tu es pe  
petam )  
tus, aut p

Si fidei  
stus dicit  
cunc⁹ co  
tra & pe  
habet, fe  
quog⁹ po  
vt patet.  
cūcūq; d  
per petrā  
omniū p  
esse se pri  
Christus  
culari eccl  
ergo, qu  
omnes ha  
sustiner  
cōmune p  
bet rho, e

Quia a  
ue Paulu  
vos autem

ESSE  
tismus, ea  
idem fac  
omnia fa  
gloria: &  
bum dei,

Quare



## RESOLVTIO.

## FO. XIII.

Ambroſio. Ecclesia Rhomana mater eſt, ſed non omnium ecclesia tum. Nam, & Metropolis quælibet eſt mater ecclesiārum, iuxta patrum statuta. Deinde, rhomana ecclesia, nunquā verbis Chriſti has contumelias fecit, quas hæc palea facit, ſed per petram fidē intelligit, non tyrannidis ambitionem.

OCTAVVS (vt finem faciamus horum deplorandorum in Octau⁹ ana terpretum ſcripturæ diuinæ) eſt iterum Anacletus eadem diſt. c. datus. ſacrosancta (ſic enim ausus eſt, quiſquis fuerit iſta barbariſſimus Notarius, etiā tanto pontifici tribuere, tantam, & iſcritiam, & temeritatem, quantum videbimus:

SACRO SANCTA rho, ecclia, quia alia nō sanctæ, aut non Sacroſancta ſacrosancta ſunt, etiam ſi eadem fide, verbo, ſacramento, ſpiritu, palea eſt, caſa p̄fusioſ eadē ſanctitate ſanctificat) nō ab Ap̄līs, ſed ab ipſo dño ue accedas. et ſaluatorē, p̄matū obtinuit, ſicut b. Pet̄ro dicit, Tu es Pet̄r⁹ &c.

SI ALIQUIS gentiliū, ſic exponi verba Chriſti audiret, quā Elige, vtrū do christianus fieret? Igitur & hic primatū intelligit per verbū, mauis, ſuper Tu es petrus, ſeu per hanc petrā. Eligant aut̄ (vt iterū eadem re petrā, aut ſig petam) vtrū voluerint. Petra hoc loco, aut ſignificat fidem ſpiriſ ſanctificat ſuper petam, aut primatū exterius, vtruncq; enim ſimil nequit ſignificare. fidem, & ſic

Si fidem, iam omnes ecclesiæ ſuper eā ſunt ædificatae, quia Chriſti oēs ecclia ſuſ ſtus dicit, ſuper hāc petram, ædificabo eccliam meam. Ergo, cuiſ per eam ſunt cuncti conuenit dīci a Chriſto, ecclia mea, ad eandem pertinet, peædificat, aut tra & petrus ſuper quā ædificatur, ita nihil propriū rho, ecclia ſuper petram habet, ſed omnia ſunt communia. quia vbi eadem fides, eadem ſignificat poſ quoq; potefas clauium, fidei enim & petrā datae ſunt claves, teſtate, & ita vt patet. Si poſteſtate, ita iterū omnes ſunt equales ecclia. Quia omnes ecclia cuicūq; dicitur a Chriſto, ecclia mea, ſimil dicit, ædificabo. te ſuſ ſiæ ſunt equa per petrā, id eſt, poſteſtate, quare quælibet ecclia, hoc verbo erit leſ.

omniū prima, quia habet eadē petrā, qua rho, ecclia, gloriatur eſſe ſe primam. Ita quoq; te vertas, ſemper occurrit, & reſiſtit tibi Chriſtus: dum ecclia ſuā, ſupra petrā ædificat, nec ſinīt vlli partiuſulari ecclia, hanc petram appropriari. Ideo, nec petrū. Vides ergo, quod vnicū illud pronomē, meā, tanq; chryſtallus coeleſtis, Hoc, pnomē omnes has decretales inſrigidat, vt ante faciē frigoris eius nulla inſrigia dat feruorem ſuſtinere poſſit, dum cōmune petrā, cōmē potefatē, cōes claves, omniū decre. cōmūne petrū, & oia cōmūna facit. Ita iure diuino, quicquid haſbet rho, ecclia, habet quælibet ecclia, quantūlibet parua. Quicquid iuſre diuino rho,

Quia ad omnes dicit, & Paulus. i. Corin. ij. Omnia veſtra, ſiue Paulus, ſiue Appollo, ſiue Cephe. ſiue mundus, omnia veſtra, id eodem iuſ vos autem Chriſti.

ESSET fane ridiculum, quod omniū eccliarū, idem eſt bap‐ tismus, eadem euchariftia, eadem conſirmatio, idem verbum dei, idem ſacerdotium, eadem poenitentia, vniſionis, matrimonij, & omnia ſacramenta: eadem fides, ſpes, charitas, gratia, mors, vita, gloria: & vna hæc temporalis potentia, vni tributa eſſet, per verbum dei, quod cōmune eſt omnibus.

Quare ybi cuncti prædicatur verbum dei, & creditur, ibi eſt yes-

Ambroſius.

C ij

NOTA

Hæc ratio vñ ſola, aduersa rios nugaciſ tatis arguit.

## DECIMA ET TERTIAE CONCLUSIONIS.

Vbi vera fīz ra fides, petra ista immobilis, vbi autem vides, ibi ecclesia, vbi ec-  
des, ibi & pe clesia, ibi sponsa Christi, vbi sponsa christi, ibi omnia quae sunt spō-  
tra, ecclesia, si. Ita fides omnia secum habet, quae ad fidem sequuntur, claves,  
Christi spōsa sacramenta, potestatem, & omnia alia.

& oīa sponsi. QVAERO etiā, si soli sunt Petri claves date, & non vnuuer-

sali ecclesiæ, cur non vocantur claves Petri? cur nō vocant claves  
ecclesiæ rhomanæ? Cur ipse met pōtifex in suis līris, vocat eas clau-  
ues sanctæ matris ecclesiæ? Aut enim hæc vox cōmuni totius ec-

Claves sunt clesia, iniuriā facit rho, ecclesiæ, in suo priuilegio, sibi soli attrahē-  
traditæ, non tū claves. Aut rho, ecclesia, schisma quarit, dicēs, Ego sum Cephe,  
Petro, sed eoz & toti ecclesiæ rapit rem, quā ipsam confitetur cōmūnē. Patet era-  
clesia, nō rho go, testimonio omnīū publico, nō petro, sed ecclesiæ esse claves tra-  
manæ, sed vñ ditas, non rhomanæ, sed vñiuersali & cuilibet. Præter hæc, vide,  
& cuilibet ec quā recte p petrā intelligent potestatē. Nā, cū potestas eē nō pos-  
sit, nisi ecclesia sit prius fundata, quae accipiat potestatē, quomodo  
ecclesia super potestatē, id est, prius adfiscatur super posterius?

Deniq; potestatē non per petram, sed per claves christi intelli-  
git, quas ecclesia super petram (id est fide) prius adfiscatur tradit,  
vt clare text⁹ ordo probat. Vides ergo, quā ambitio excēct ocul-  
los mentis, vt claviū potestate non contenta, etiam ex petra fidei  
(quae est ecclesiæ substantia) potestatē faciat.

QVOD autē hic Anacletus rho, sedē primā vocat, & Alexan-  
drinā secundam, & Antiochenam tertiam, seipsum iterū redarguit,  
non solū, quia iste ordo iam diu muratus est, vñ etiā, quod sequi-  
tur hinc, aut Alexandrinā esse iure diuino secundam, & Antioche-  
nam tertiam. Aut, nec rhomanam primā. quia eodem iure oportet  
esse primā, quo secundā et tertiam. At manifestū est, quod secundā  
& tertiam suo iure ordinat rho, ergo et seipslā primā suo iure ordinat

ERRAT etiā in historia, quod Ignatium scribit cōstitutum a  
Petro Episcopū Antiochiae sibi successore, cū in ecclesiastica histo-  
ria pateat, Enodium Petro, et Enodio Ignatium successisse. Ideo,  
non est credibile, huius canonis autorem esse Anacletum.

Vide paleā. IAM audi iterū securū affirmatorem, id est temerariū, inter bea-  
tos apłos, inquit, quædam fuit discretio potestatis, & licet omnes  
essent apostoli, Petro tamen concessum est a domino, & ipsi inter  
se voluerunt id ipsum, vt reliquias apostolis omnibus præfasset.

Interrogatio OBSECRO, quæ fuit ita discretio potestatis? nunquid Pes  
Ibi? trus ordinavit apostolos? nūquid misit eos? nūquid confirmavit  
Ibi, & tu con eos? Vbi legisti belua, quod a domino concessum est Petro habes  
uersus confir re discretam potestatē ab alijs? quando hoc ipsi voluerunt?  
ma fratres tu QVIN hic signa. Duplex est primatus, honoris & ptatis. Qd  
os. Hui, belle Petr⁹ prim⁹ fuit in ordine, nemo negat. Nā et inter cardinales, epi-

Duplex est sc̄opos, sacerdotes, doctores, principes, etiā si null⁹ alteri subiect⁹  
primatus, ho est, tñ necesse est in cōcūtu aliquā primo loco sedere, cū tñ nihil ha-  
noris & pos̄ beat p̄cipere illis. Ita Petru facemur p̄incipē apłor̄, primū ecclesie  
testatis sit mēbrū, caput collegij apostolici, & alia quæ de eo sancti p̄es  
Petrus prim⁹ dixerūt. Ita videmus & rhomanos p̄otifexes semp̄ fuisse honorati  
ceps apłor̄.

tos, vt su-  
laudabili-

ALT

quilibet a-

pr̄sbyte-

ter missi,

ambunt;

Nolunt e-

ratē Rbo

sbi vniq;

nō cōtēt-

nari in po-

HAN

ci adulan-

nā contra

tissima, &

decreta q-

cōtraria d-

quibus ta-

uersa cōm-

ri, esse pot-

mina scrip-

petri epō-

sum ē. Ne-

quod huic

pere, quā n

ADDO

pontificib-

clesia latin

scopos oē-

tur arrogā-

cōstitution

berent erg-

scopo ad v-

& tyrann

Corinthi

& deincep-

eos relinq-

sicut apost

Nunc v-

episcopatu-

tot simoni

ET C

bic loc⁹ os-

marū quā



IONIS.  
ecclesia, vbi e  
a quæ sunt spō  
untur, claves,

& non vniuer  
vocant claves  
vocat eas clas  
muniſ totius ec  
ibi ſoli attrahē  
o ſum Cephe  
unē. Pater era  
effe claves tra  
ter hæc, vide  
ſtas ee nō poſ  
atē, quomodo  
per posterius  
christus intelli  
diflicatax tradit  
io excepſt ocul  
n ex petra fidei

rat, & Alexan  
ter redarguit,  
tā, quod ſequi  
, & Antioche  
n iure oportet  
quod ſecundā  
io ure ordinat  
t cōſtitutum a  
leſiaſtifica hift  
eceſſiſſe. Ideo,  
letum.

arū. inter hea  
& licet omnes  
o, & ipſi inter  
ſ p̄fet.  
nunquid Pe  
d confirmauit  
ſt Petro habet  
oluerunt?  
& p̄tatis. Qd  
ardinales, epi  
alteri ſubiect  
cū tñ nihil ha  
; primū eccl  
eo ſancti p̄fes  
ſuiffe honoraſ

## RESOLVTIO.

## FO. XIII.

tos, vt ſuccelfores Petri & primo loco habitos. Et in hoc recte &  
laudabiliter actum eſt, & agitur, agendumq; eſt, ſine querela.

ALTER aut̄ primatus potefſatis, nunq; fuſt petro dat⁹. quia  
quilibet ap̄lorū, ſine autoritate petri predicauit euāgeliū, epos &  
pr̄ſbyteros ordinauit, in locis ſuis, oēs a ſolo chifto ſunt equaliſ  
ter miſſi, & immediate. Hunc primatu iſti honestiſſimi canones  
ambiuſt, & verbis dei abutuſt in hanc tyrranidē ſtabilienda.  
Nolunt enim vltū Ep̄m in toto mundo fieri, niſi palliū & autoris  
tatē Rho, p̄tificis habeat. Et vbi petr⁹ ſeſe nō extulit ſuper ap̄los  
ſbi vniq; ap̄li ſuſſor, lōge minor ſuo p̄deceſſore (ſicut Ep̄s ap̄lo)

nō cōtēt honoris primatu, oīm ap̄lorū ſuſſoribus vult domi  
nari in poreſtate & violentia, ſed non etiam ipſe paſcere &c.  
HĀNC rationē inuiictam appono omnibus, qui Rho, pontiſiſ ipſe paſcere,  
ci adulant ſuper totius mūdi dominio. & expecto cū fiduſia, qd & animā p  
nā contra poſſint mouere, aut gannire. Qua ſimul fret⁹, tanq; cerz ouibus pone  
tiffima, & oibus notiſiſma veritate, cum fiduſia proclamo, quod re &c.  
decreta queſtūq; aliter ſtatuit, nō modo frigidiflma ſunt, ſed etiā Pia & fiduſia  
cōtraria diuinæ ſcripturæ, euangelio & actib; ep̄liſ ap̄lorū. In cīt̄ christiſ  
quiibus tam crebre, tam aperte, Ap̄lorū æqualis, & in mundo dī nā plena p  
uersa cōmiſſa prouintia deſcribit: vt ego non poſſim ſatiſ admiraſſio.

ri, effe potuſſe vñquā tam temerios adulatores, qui cōtra hæc ful  
mina ſcripturæ, ſumū ſuum terrenū leuare auderent, hoc ſuſſori  
petri epo arrogantes, quod nec ap̄lo p̄deceſſori vñquā permifſ  
ſum ē. Nec tamē mirarer, ſi id ſolū arrogarēt, nec hoc quererer, ſed  
quod huic arrogantie repugnanteſ ſcripturae maluerint, corrūs  
pere, quā repugnabitib; tēpore hūc potefſatis primatu credere.

ADDO ad hæc, quod nec in hoc recte & euangelice fit a rho,  
pontiſcibus, quod Ep̄ſcopus e rho, ecclesia propagatos, id eſt, ec  
clesiā latinā ſic adminiſtrant, vt ſoli ipſi ordinēt & cōfirment. Ep̄ſ  
copos oēs. In hoc enīm nō Christo, ſed ſibi ecclesiās christi viſen  
tur arrogare, cū ap̄li Pauli exemplo, deberent etiā alijs cōmittere  
cōſtitutionē Ep̄ſcoporū, videlicet Archiep̄ſcopis et viciniſ. Deſ  
berent ergo illos deo cōmittere, & neq; cogere, vt p̄ nouo Epi  
ſcopo a vrbe mitterent. habet enim hoc ſpeeſe nō leuē auaritiae  
& tyrranidis, qua domiaent fidei eorum. quod Paulus noluit in  
Corinthios ſibi vſurpare. Sufficeret enim ſemel Ep̄ſcopū dediſſe Multa ſimoſ  
& deinceps eos gratiæ dei commendatos propagationi propriæ nā impudeſ  
eos relinqueret. aut ſolummodo curā gerere, ne a fide degenerarēt, tiffiſſi mon  
ſicut apollo in Galatīs monſtravit exemplum.

Nunc videmus p̄textu huius benefiſij & primatus, omnium culo tegūtū  
ep̄ſcopatus & ſacerdotia, in voragini rhomane auaritiae rapi,  
tot ſimoniae impudentiſſimæ monſtriſ, hoc vno operculo tectis.

## SEQVITVR.

ET Chepas, id eſt, caput & principiū teneret apolloſat⁹. Vel  
hic loc⁹ oſtēdit, magis affectu p̄tatis, quā veritatis ſtudio, hūc pri  
magū quæſitū. Quō enī tpt falſi argumentis yterent, ſi ſemel &

## DECIMAE TERTIAE CONCLVSIONIS.

Multis eget solidā haberēt causam & multis autē eget mendacitū, vt verū appa  
mēdatū, vt reat. Itaq; tā inscius est iste Scenicus & poetic⁹ Anacletus, vt Ce  
verum appa phan, caput interpretet, cōtra euidentissimū & apostolicū testimoniū  
reat. nū Ioannis apostoli, qui dicit Iohan. iij. Intuit⁹ eum Iesus dixit,  
Cephe: teste Tu es Simō filius Ioanna, Tu vocaberis Cephas, qđ interpretat  
Hiero: Syrū Petrus. Pudet me, quod super hoc errore crassiss, tantū negotiū  
vocabulum struitur, in quo simul indiligentes se fuisse euangelij lectores:  
& interpreta IDEO non mirū, quod & falsos intellectores se ostendunt. Mes  
tur soliditas ius Leo supra petram, soliditatem intelliges, Vocabulum Ces  
vel petra. phe bene nouit. At hic, nec euāgelij, nec Canones recte intelligit.  
Cephale est Est autē Cephe: teste Hiero: syrū vocabulū, significans soliditatē,  
caput. quā græc⁹ petrū vel petrā, id est, saxū vel rupē firmam transtulit.

At noster nugator, cephalen græce, pro cepha Syriace accepit,  
& tū inter sacros canones, vel primus habet. Nam in decretalib⁹,  
q̄s Greg. ix. & Bonif. viii. cōgesserūt, huic canonī suisq; siliq; aus  
toritas tanta tribuit, vt vix vna sit, quæ nō totū hūc spiret. Pr  
tereo, qđ deinceps hanc formā successoribus traditā fabulat, seruā  
dā a ceter⁹ E p̄is, oīno alīc⁹ nihil quā ambitiosissimū spirās affectū

## SEQVITVR PVLCHRA SIMILITVDO.

Pulchra simi  
Litudo.  
Moses &  
Aaron.

Non frustra  
hos canones  
executit.  
Vide nouam  
grammaticā.

Solus Chri  
stus summus  
pontifex sig  
nificatus.

Hic ne de  
Russino diui

Similitudo  
licet falsa,

ET NON solum in nouo testamento est constitutum, sed etiā  
in veteri fuit, sicut scriptum est. Moses et Aaron in sacerdotibus et  
us, id est, primi inter eos fuerunt.

QVID audio? quā nō frustra hos canones lego, quā egregie  
disco scripturas intelligere. PRIMVM, qui vñū solū summū  
sacerdotem in veteri lege noui, nunc didic̄i duos fuisse primos  
SECVND O, etiā grāmaticā nouā vide, in sacerdotibus ei⁹,  
idē est, quod primi inter eos fuerunt, tū hucusq; hoc versu psalmi,  
intellexerim nihil aliud dīci, quā Mosen & Aaron sacerdotes, vel  
de numero sacerdotū fuisse, sicut Samuel inter inuocantes nomen  
eius, nihil de primitate vel cogitans. TERTIVM documētū,  
quod sumimus sacerdos veteris legis fuerit figura rho, pontificis.  
Apl̄us enim ad Hæbræos, me mirū in modū decepit, cum vniuers  
is ecclesiæ doctoribus docens, nō rho, pont. sed Christum solum  
fuisse per summū & vnum pontificem significatum.

VT HOC omittam, quod illis omnia in figura contigisse sc̄i  
stus summus mus, & in nouo testamento figuram ille denuo reuocat, vt sit simi  
pontifex siḡlis figura vtriusq; testamenti, n̄hi iam vtrūq; ab vtrōq; differēs.  
nificatus. Vror ego, diuinās literas ab his porcis, tam impudenter conculta

Hic ne de tī præsentim, sub nomine rho, pontificis, & rho, ecclesiæ.

QVID autem hoc est? quod duos primos sacerdotes in veter  
i testamento statuit, magno sui primatus detrimento, imitare qđ  
dicis, & si falsum, s̄tē similitudo, & da eriam nunc duos primos.  
Licit falsa, p̄ quomodo vnum primum probabis per duos primos? Vides ers  
go hos homines, eos fuisse, qui simplicitate fidei nostræ abusi, aust  
lunt statuere, quicquid vel somniare potuerunt.

IN FINE concludit, & eadē dexteritate rho, ecclesiæ cardinē



vocat, l  
dem sit  
nimirū  
NOD

adducat  
cras no  
diffimile  
TRAN

me vino  
.c. signifi  
& regnat  
tur iurati  
mā exad  
salē acce  
Paschalal

MIR

tū ouīt  
Si diligi  
& rhom  
ne, vt qu  
huc rotat  
nec medi

Si exer  
imitari  
querere,  
Cū place  
ctor est  
eturum,  
Petrū al  
ritatis in  
cogis: vt  
per verbis

Nunq  
Quid ho  
oues, an  
nihil cura  
ramēto a

ADH

Tuare sp  
tu iuras f  
to non v

DEIN

tifices no  
de noua  
te: consci  
cung: so

ITA

IONIS.  
vt verū appa  
cletus, vt Ce  
tōlicū testimō  
m Iesu dixit,  
qd interpretat  
tantū negotiū  
lectores:

tendunt. Mes  
ocabulum Ces  
e cētē intelligit.  
ans soliditatē  
am transtulit.  
riace accepit,  
n decretalib⁹,  
uisq; silib⁹ aus  
spiret. Prē  
fabulat, seruā  
spirās affectū

VDO.

itum, sed etiā  
cerdotibus et

quā egregie  
solū summi  
se primos  
dotibus ei⁹,  
versu psalmi,  
cerdotes, vel  
antes nomen  
l. documētū,  
, pontificis.  
cum vniuers  
istum solum

contigisse sc̄  
at, vt sit simi  
op differēs.  
ter conculta  
xæ.

otes in veter  
imitare qd  
os primus.  
Vides era  
abusi, aus  
esia cardine

## RESOLVTIO.

FO. XV.

vocat, in quo omnes ecclesiæ reguntur, domino disponente. & tñ  
dem sit finis hic. Nam cæteri canones, qui eadem spirant, horum  
nimis in influxu infecti, sic spirant.

